

INCIPIIT LIBER PRIMUS

[28] A. Quid agis, homuncio? quid somnias? quid expectas? miseriarum ne tuarum sic prorsus oblitus es? An non te mortalem esse meministi?<sup>1</sup>

F. Memini equidem nec unquam sine horrore<sup>2</sup> quodam cogitatio illa subit animum.

A. Utinam meminisses, ut dicis, et tibi consulisses! etenim et multum michi negotii remisisses, cum sit profecto verissimum ad contemnendas vite huius illecebras componendum-que inter tot mundi procellas animum nichil efficacius reperiri quam memoriam proprie miserie et meditationem mortis assiduam;<sup>3</sup> modo non leviter, aut superficialitenuus serpat, sed in ossibus ipsis ac medullis<sup>4</sup> insideat. At multum vereor ne in hac re, quod in multis animadverti, te ipse decipias.

F. Qualiter, queso? non enim clare intelligo que narras.

A. Atqui omnibus ex conditionibus vestris, o mortales, nullam magis admiror, nullam magis exhorreo, quam quod miseris vestris ex industria favetis et impendens periculum<sup>5</sup> dissimulatis agnoscere, considerationemque illam, si ingeratur, excluditis.

F. Quo pacto?

A. Putas ne quempiam adeo delirare, ut morbo ancipiti correptus non summe cupiat sanitatem?<sup>6</sup>

F. Neminem tam dementem arbitror.

A. Quid ergo? putas ne quempiam fore tam pigri remissique animi ut non, quod tota mente desiderat, omni studio consecetur?

F. Ne istud quidem.

A. Si hec duo inter me teque conveniunt, tertium quoque conveniat necesse est.

F. Quod est tertium hoc?

A. Ut, sicut qui se miserum alta et fixa meditatione cognoverit cupiat esse non miser, et qui id optare ceperit sectetur, sic et

COMINCIA IL PRIMO LIBRO

Fama 29

A. Che fai, pover'uomo? che sogni? che aspetti? Ti sei proprio dimenticato delle tue miserie? O forse non ti ricordi che dovrai morire?

F. Certo che me lo ricordo, e si tratta di un pensiero che non mi si insinua mai nell'animo senza un profondo senso di spavento.

A. Magari te lo ricordassi così come dici, e ti cominciassi a preoccupare di te stesso! Mi risparmiaresti una gran parte di fatica, dal momento che è assolutamente vero che non esiste niente di più efficace della coscienza della propria infelicità e dell'assidua meditazione intorno alla morte per disprezzare le lusinghe di questa vita e per comporre il proprio animo in mezzo alle tante tempeste di questo mondo: a patto che tale pensiero non serpeggi lieve e superficiale, ma penetri invece ben dentro il midollo delle ossa. Ma in quanto a questo ho una gran paura che anche tu inganni te stesso, come ho visto fare a tanti altri.

F. In che modo, ti prego? non riesco a capire bene quello che dici.

A. Eppure di tutti i vostri atteggiamenti, o mortali, non ce n'è alcuno che mi meravigli di più e che più mi ripugni, di questo vostro indulgere a bella posta alle vostre miserie, e di far finta di non conoscere il pericolo che vi sovrasta, oppure di cacciarne il pensiero, quando per caso vi si presenta.

F. Come?

A. Credi che esista qualcuno tanto pazzo che, se fosse colpito da una grave malattia, non vorrebbe innanzi tutto ritrovare la salute?

F. Non penso che ci sia qualcuno così demente.

A. E allora? Credi che ci sia qualcuno tanto pigro e imbellè da non inseguire con impegno ciò che desidera con tutto il suo cuore?

F. Nemmeno questo.

A. Se io e te siamo d'accordo su questi due punti, dovremmo accordarci per forza anche sul terzo.

F. Qual è, questo terzo?

A. Come desidera di non essere infelice chi abbia scoperto attraverso profonda e intensa meditazione la propria infelicità; e come chi ha cominciato a nutrire un simile desiderio cerca di

Ref 360

De otio II

Seneca

Ad.

Luc. LXV

(\*)

Seneca

Ad Luc.

LXVII

qui id sectatus fuerit, possit etiam adipisci. Enimvero tertium huiusmodi sicut nonnisi ex secundi, sic secundum nonnisi ex [30] primi defectu prepediri posse compertum est; ita primum illud ceu radix humane salutis subsistat oportet. Vos autem, insensati, tuque adeo ingeniosus in perniciem propriam, e pectoribus vestris salutiferam hanc radicem omnibus terrenarum blanditiarum laqueis, quod mirari me atque horrere dicebam, extirpare nitimini.<sup>7</sup> Iure igitur et illius avulsione et reliquorum aversione plectimini.

F. Hec quidem, ut auguror, longior est querela egensque verborum plurium. Ea ergo, si libet, in tempus aliud dilata, cum certior ad sequentia proficiscar, aliquantisper in precedentibus immoremur.

A. Tarditati tue mos gerendus est, ubicunque igitur visum fuerit pedem fige.

F. Consequentiam istam ego non video.

A. Quid caliginis<sup>8</sup> intervenit, quid ve nunc dubietatis aboritur?

F. Quoniam innumerabilia sunt, que ardentem optamus studioseque petimus, ad que tamen nullus labor nulla nos diligentia aut provexit aut provehet.

A. In rebus ceteris id verum esse non inficior, at in eo, quod nunc agitur, contra est.

F. Quam ob causam?

A. Quia qui miseriam suam cupit exuere, modo id vere pleneque cupiat, nequit a tali desiderio frustrari.<sup>9</sup>

F. Pape, quid ego audio! Pauci admodum sunt, qui non multa sibi deesse provideant; quod quam verum sit, quisquis ad se ipsum fuerit conversus, intelliget; atqui in eo se miseris fateantur consequens est. Siquidem et bonorum cumulatissimus acervus felices facit, et quicquid inde decesserit pro ea parte necesse est efficiat infelices.<sup>10</sup> Hanc miserie sarcinam omnes quidem deponere voluisse, rarissimos autem potuisse, notissimum est. Quam multi enim sunt, quos vel corporis adversa valitudo, vel carorum mors, vel carcer, vel exilium, vel paupertas, perpetuis premit angoribus, aliaque huius generis, que sicut enumerare longum est, sic tolerare difficile atque miserrimum; que, quamvis sint patientibus permolesta, tamen,

realizzarlo, così chi cerca di realizzarlo è pure in grado di riuscirci. Ed è evidente che questo terzo punto non può essere impedito che dalla debolezza del secondo, e il secondo a sua volta da null'altro se non dalla debolezza del primo: sicché occorre che proprio in quel primo consista, per dir così, la radice dell'umana salute. Ma voi, insensati — e tu così incarnognito nella tua malattia — fate di tutto per strapparvi dal petto questa salutifera radice con la forza di tutte le catene dei piaceri terreni: il che è appunto quello che mi procura insieme meraviglia e ripugnanza, come dicevo. Siete perciò giustamente puniti, perché estirpate quella radice e abbandonate il resto.

F. Per la verità mi pare che questa sia un'accusa alquanto complessa, che richiede molte più parole. Perciò, se ti va, rimandiamola a un altro momento e fermiamoci un po' sulle premesse, sì che io possa affrontare con maggiore sicurezza le questioni che via via seguiranno. *medesimo stile*

A. Bisogna adattarsi alla tua lentezza: ferma dunque il piede là dove ti pare.

F. Non vedo bene quelle tue connessioni.

A. È calata la nebbia? Che dubbi ti nascono?

F. È che sono innumerevoli le cose che desideriamo con ardore e che cerchiamo di ottenere con ogni impegno, che tuttavia nessuna fatica o arte ci ha mai procurato e mai ci procurerà.

A. Non nego che ciò sia vero in tante altre cose, ma per ciò di cui ora si tratta non è così.

F. Perché mai?

A. Perché chi vuole spogliarsi della sua infelicità, purché lo voglia davvero e compiutamente, non può fallire tale obiettivo. *Conf. VIII*

F. Suvvia, che mi tocca sentire! Sono veramente pochi quelli che non devono mettere in conto che di molte cose dovranno fare a meno. E quanto sia vero, lo capisce chiunque abbia considerato i casi propri. Ne consegue dunque che almeno in ciò si proclamino infelici. Se un gran mucchio di beni ci rende felici, è inevitabile che tutto quello che da un tal mucchio venga a mancare ci renda, per la sua parte, infelici. Tutti lo sanno, che ogni uomo avrebbe voluto deporre questo peso d'infelicità, ma che solo pochissimi sono riusciti a farlo. Quanti sono, infatti, che soffrono continue pene per le malattie, la morte dei loro cari, il carcere, l'esilio, la povertà e altri mali di tal fatta che sarebbero tanto lunghi da enumerare quanto è difficile e angoscioso sopportarli: e per quanto siano tutti

intentio, ascensum facilem pollicebar; nisi tibi forte nunc etiam contrarium videatur.

[36] F. Contrarium michi quidem videri dicere non ausim; ea namque de te ab adolescentia mea mecum crevit opinio ut, siquid aliter michi visum fuerit quam tibi, aberrasse me noverim.

A. Cessent, oro, blanditie. At quoniam non tam iudicio quam reverentia assensum dictis meis prebuisse te video, loquendi tibi, quicquid ex arbitrio tuo fuerit, libertas datur.

F. Trepidus quidem adhuc, sed licentia tua uti velim. Atque, ut de reliquis hominibus sileam, testis est michi hec,<sup>26</sup> que cunctis actibus meis semper interfuit, testis tu quoque, quotiens ad conditionis mee miseriam mortemque respexerim, quantisque cum lacrimis sordes meas diluere nisus sim;<sup>27</sup> verum, id quod sine lacrimis narrare non possum, ut videtis hactenus frustra fuit. Hoc igitur unum est, quod me super ambigenda propositionis tue veritate sollicitat, qua conaris astruere neminem nisi sponte sua in miseriam corruiisse, neminem miserum esse, nisi qui velit; cuius rei contrarium in me tristis experior.

A. Vetus est hec et nunquam finem habitura querimonia. Atqui licet idem necquicquam sepe tentaverim, adhuc inculcare non desinam, nec fieri miserum nec esse qui nolit.<sup>28</sup> Sed est ut dicere ceperam, in animis hominum perversa quedam et pestilens libido se ipsos fallendi, quo nichil potest esse funestius in vita.<sup>29</sup> Si enim familiarium dolos iure pertimescitis,<sup>30</sup> propterea quod et fallentium autoritas remedium preripit cautele, et aures vestras assidue vox eorum blanda circumsonat, quorum utrunque in aliis cessare videatur; quanto magis proprias fraudes formidare deberetis, ubi et amor et autoritas et familiaritas ingens est, quod se quisque plus extimet quam valeat, plus diligat quam oporteat; nunquam preterea deceptus a deceptore separetur.<sup>31</sup>

F. Sepe his verbis hodie usus es. At ego me ipsum nunquam, quod meminerim, fefelli. Utinam non me alii fefellissent!

A. Nunc te maxime fallis cum nunquam te ipsum fefellisse

mete che così ansiosamente desiderate. A meno che anche in questo caso a te non sembri altrimenti.

F. Non oserei mai dire che la penso in tutt'altro modo. Sin dalla mia fanciullezza è cresciuta con me una tale opinione di te, che se in qualcosa avessi giudicato diversamente riconoscevo d'aver sbagliato.

A. Lascia stare le adulazioni, ti prego. E invece, visto che hai acconsentito alle mie parole non per convinzione ma per reverenza, eccoti la libertà di dire tutto quello che davvero hai in mente.

F. Benché ancora trepidante, vorrei approfittare della libertà che mi concedi. Per tacere degli altri, Costei che fu sempre testimone di tutti i miei atti, come lo sei stato tu, può dire quante volte io mi sia messo dinanzi alla miseria della mia condizione e alla morte, e con quante lacrime abbia cercato di lavare le mie macchie. Ma, come tu e la Verità potete vedere — non posso dirlo senza piangere — sin qui è stato tutto invano. Questo dunque è il solo motivo che mi spinge a mettere in dubbio la verità della tua affermazione, con la quale ti sforzi di provare che nessuno è precipitato nell'infelicità se non di sua volontà, e che è infelice solo chi vuol esserlo. In me, io faccio triste esperienza del contrario.

A. È una vecchia lamentela, che non avrà mai fine. Ma anche se l'ho fatto tante volte inutilmente, pure non smetterò di cercare di inculcarti che chi non vuole non diventa e non è infelice. Ma, come avevo cominciato a dirti, c'è nell'animo degli uomini una tale perversa e pestilenziale libidine d'ingannare se stessi, che non c'è niente di peggio nella vita. Se, con ragione, temete soprattutto gli inganni dei familiari, perché la fiducia di cui godono simili ingannatori fa cadere la barriera della diffidenza, e perché la loro voce avvolge con assidua dolcezza le vostre orecchie — cose entrambe che non si verificano con gli estranei —, dovrete allora aver molta più paura degli inganni che voi tramate contro voi stessi, là dove grande è l'amore e la fiducia e la familiarità, posto che ognuno si stima più di quello che vale e si ama più di quello che conviene. E dove, per di più, l'ingannatore non può essere separato dall'ingannato.

F. Oggi hai usato spesso queste parole. Ma io, che mi ricordi, non ho mai ingannato me stesso. Non m'avessero mai ingannato gli altri, invece!

A. Proprio ora imbrogli te stesso, mentre ti vantavi di non

quod miser sim — id enim me esse non inficior — nunc etiam mee voluntatis existere; cum ego contra sentiam nil me perpeti molestius, nil magis aversum proprie voluntati; sed ultra non valeo.

A. Modo conventa serventur ostendam aliis tibi verbis utendum fore.

[40] F. Quenam conventa memoras, quibus ve amones utendum verbis?

A. Conventa sunt, ut fallaciarum laqueis reiectis circa veritatis studium pura cum simplicitate versemur. Verba vero, quibus uti te velim, hec sunt: ut ubi « ultra te non posse » dixisti « ultra te nolle » fatearis.<sup>38</sup>

F. Nunquam erit finis; nunquam enim hoc fatebor. Scio quidem, et tu testis es michi, quotiens volui nec potui; quot lacrimas fudi, nec profuerint.<sup>39</sup>

A. Lacrimarum tibi testis sum multarum, voluntatis vero minime.

F. Proh superum fidem! hominem enim scire neminem puto, quid ego passus sim, quantumque voluerim, si licuisset, assurgere.

A. Sile! prius celum tellusque miscebitur, prius astra concident Averno, et amica nunc invicem elementa pugnabunt,<sup>40</sup> quam hec que inter nos diiudicat falli queat.

F. Quid ais igitur?

A. Lacrimas tibi sepe conscientiam extorsisse, sed propositum non mutasse.

F. Quotiens dixi me ulterius nequivisse?

A. Quotiensque respondi, imo verius noluisse? Nec tamen admiror te in his nunc ambagibus<sup>41</sup> obvolutum in quibus olim ego ipse iactatus, dum novam vite viam carpere meditarer. Capillum vulsi, frontem percussi<sup>42</sup> digitosque contorsi; denique complois genua manibus amplexus amarissimis suspiriis celum aurasque complevi<sup>43</sup> largisque gemitibus solum omne madefeci. Et tamen hec inter idem ille qui fueram mansi,<sup>44</sup> donec alta tandem meditatio omnem miseriam meam ante oculos congessit.<sup>45</sup> Itaque postquam plene volui, illicit et potui,

mi dimostrerai che la mia infelicità — non contesto infatti d'essere infelice — dura ancora solo perché io lo voglio? Quando io, all'opposto, sento che non c'è niente di peggio da sopportare, niente di più contrario alla mia volontà, anche se non sono capace di andare oltre.

A. Se restiamo ai patti, ti farò vedere che dovresti usare altre parole.

F. A quali patti ti richiami, e quali parole mi esorti ad usare?

A. Abbiamo convenuto di non intrappolarci nelle reti delle astuzie verbali, e di dedicarci alla ricerca della verità con schietta sincerità d'animo. Le parole che vorrei tu usassi sono queste: là dove hai detto: « non sono capace di andare oltre » di' piuttosto: « non voglio andare oltre ».

F. Non la finiremo mai, perché non potrò mai ammettere una cosa simile. So — me ne sei testimone — quante volte ho voluto e non ho potuto, e quante lacrime ho versato, e non sono servite a nulla.

A. Sono testimone di molte lacrime, ma non lo sono della volontà.

F. In nome di Dio! Nessuno può immaginare quello che ho sofferto, e quanto avrei voluto risorgere, se mai mi fosse stato possibile.

A. Taci! Il cielo e la terra si mescoleranno e le stelle precipiteranno nell'Averno e gli elementi ora concordi repugneranno tra loro, prima che Costei che si erge giudice tra noi possa sbagliare.

F. Ma che dici?

A. Che il rimorso ti ha fatto spesso piangere, ma non ha cambiato la tua volontà.

F. Quante volte ti ho detto che non sono riuscito a fare di più?

A. Quante volte ti ho risposto che invece, più esattamente, non hai voluto? Tuttavia non mi meraviglio che tu sia ora immerso in quelle incertezze nelle quali un tempo mi sono dibattuto anch'io, quando cercavo di prendere una nuova strada nella vita. Mi sono strappato i capelli, allora, mi sono battuta la fronte, mi sono torto le dita, e infine, strette le ginocchia tra le mani intrecciate, ho riempito il cielo e l'aria di amarissimi sospiri e ho bagnato di lacrime fluenti il suolo tutt'intorno. Eppure, in mezzo a tutto ciò, sono rimasto quello che ero, finché una profonda meditazione non mi ha messo davanti agli occhi tutta la mia infelicità. E come ho pienamente

A. Recognoscis ne igitur veram illam fuisse sententiam grandevumque progressum, ut miseriarum suarum perfecta cognitio [44] perfectum desiderium pariat assurgendi? Desiderium potentia consequitur.

F. Iam in animum induxi nichil tibi non credere.

A. Sentio aliquid etiam nunc restare quod vellicet. Fare, age, quicquid id est.

F. Nichil aliud nisi quod ipse mecum obstuideo, noluisse hactenus quod semper voluisse credideram.

A. Adhuc hesitas; atqui, ut his iantandem sermonibus finis sit, fateor et ipse te voluisse nonnunquam.

F. Quid ergo dixisti?

A. An non succurrit illud Ovidii:

*velle parum est; cupias, ut re potiarius, oportet?*<sup>54</sup>

F. Intellego, sed et desiderasse putabam.

A. Fallebaris.

F. Credo.

A. Ut certius credas conscientiam ipse tuam consule. Illa optima virtutis interpres, illa infallibilis et verax est operum cogitationumque pensatrix.<sup>55</sup> Illa tibi dicet nunquam te ad salutem qua decuit aspirasse, sed tepidius remissiusque quam periculis tantorum consideratio requirebat.

F. Cepi, quam iubes, conscientiam excutere.

A. Quid illic invenis?

F. Vera esse que dicis.

A. Profecimus aliquantulum; en incipis expergisci. Iam melius tibi erit si, quam male olim erat, agoveris.

F. Si hoc vel nosse satis est, non tantum bene, sed optime, michi propediem esse posse confido. Nichil enim unquam clarius intellexi quam nunquam me satis ardentem optasse libertatem et miseriarum finem. Nunquid autem post hac optasse sufficet?

A. Quid ni?

F. Ut nil amplius agam.

A. Impossibilem proponis conditionem: ut, qui quod assequi potest ardentem cupit, obdormiat.

A. Riconosci dunque che quella sentenza era vera, e che era un risultato raggiunto da tempo che la perfetta consapevolezza della propria infelicità produce un altrettanto perfetto desiderio di risorgere? Ebbene, al desiderio segue la forza di farlo.

F. Ormai ho deciso di crederci in tutto.

A. Sento tuttavia che c'è ancora qualcosa che non ti soddisfa. Quale che sia, dimmela, su.

F. Nient'altro, se non che non riesco a capacitarmi di non avere sin qui voluto quello che ho sempre creduto di volere.

A. Esiti ancora! Bene, per farla finita con questi discorsi ammetto anch'io che tu, qualche volta, hai voluto.

F. Che intendevi, allora?

A. Non ricordi quel verso di Ovidio: «volere è poco, occorre bramare per raggiungere lo scopo»?

F. Capisco: ma ero appunto convinto di aver bramato.

A. T'ingannavi.

F. Ci credo.

A. Per crederci meglio consulta la tua coscienza. È lei la migliore interprete della virtù, l'infallibile e verace valutatrice delle azioni e dei pensieri. Ti dirà che non hai mai aspirato alla salvezza nel modo che era necessario, ma con meno ardore e voglia di quello che richiedeva la consapevolezza di così gravi pericoli.

F. Sto cominciando a interrogare la mia coscienza, come mi stai dicendo di fare.

A. E che trovi?

F. Che quello che dici è vero.

A. Abbiamo fatto qualche progresso: ecco che cominci a svegliarti! Riconoscere quanto stavi male è già un miglioramento.

F. Se basta rendersi conto di questo, sono sicuro che tra poco starò non bene ma benissimo. Non c'è nulla più di questo ch'io abbia capito con maggiore chiarezza: che non ho mai desiderato la liberazione e la fine delle mie miserie con sufficiente ardore. Ma, dopo di ciò, basterà forse desiderare?

A. A che scopo?

F. Per non dover fare poi nient'altro.

A. Proponi una condizione impossibile: che chi desidera ardentemente qualcosa che è in grado di ottenere se ne stia inerte.

F. Paucis ergo diffinitio hominis<sup>77</sup> nota est, que tamen omnibus in scholis tam crebro repetitur, ut nedum auditorum aures fatigasse, sed ipsas edificiorum columnas iam pridem imminuisse debuerit?

[52] A. Ista quidem dyalecticorum garrulitas<sup>78</sup> nullum finem habitura, et diffinitionum huiusmodi compendiis scatet et immortalium litigiorum materia gloriatur: plerunque autem, quid ipsum vere sit quod loquuntur, ignorant. Itaque siquem ex eo grege de diffinitione non tantum hominis sed rei alterius interrogas, parata responsio est; si ultra progrediare, silentium fiet, aut, si assiduitas disserendi verborum copiam audaciamque pepererit, mores tamen loquentis ostendent veram sibi rei diffinite notitiam non adesse.<sup>79</sup> Contra hoc tam fastidiose negligens tamque supervacuo curiosum genus hominum<sup>80</sup> iuvat invehi: — Quid semper frustra laboratis,<sup>81</sup> ah miseri et inani-bus tendiculis exercetis ingenium? Quid, obliiti rerum, inter verba senescitis, atque inter pueriles ineptias albicantibus comis et rugosa fronte versamini?<sup>82</sup> Vobis utinam solis vestra noceret insania, et non nobilissima sepe adolescentium ingenia corrupisset!<sup>83</sup>

F. Contra id, fateor, studiorum monstrum nichil satis mordaciter dici potest. Tu tamen interea, dicendi studio evectus, quod de diffinitione hominis inceperas omisisti.

A. Abunde dictum rebar, sed agam expressius. Hominem quidem esse animal, imo vero animalium principem cunctorum, nemo tam durus pastor invenietur ut nesciat; nemo rursus, si interrogetur, aut rationale animal aut mortale negaverit.<sup>84</sup>

F. Ita omnibus diffinitio nota est.

A. Imo vero perpaucis.

F. Quid ergo?

A. Siquem videris adeo ratione pollentem ut secundum eam vitam suam instituerit, ut sibi soli subiecerit appetitus, ut illius freno motus animi coherceat, ut intelligat se se per illum tantum a brutorum animantium feritate distingui, nec nisi quatenus ratione degit nomen hoc ipsum hominis mereri;<sup>85</sup> adeo preterea mortalitatis sue conscius, ut eam cotidie ante oculos habeat, per eam se ipsum temperet, et hec peritura

F. Pochi dunque conoscono quella definizione dell'uomo che pur tuttavia si va ripetendo così spesso in ogni scuola, sì che non solo dovrebbe aver stancato le orecchie degli studenti, ma pure corroso da tempo persino le colonne degli edifici?

A. Questa garrulità dei dialettici che non avrà mai fine sovrabbonda di tali compendiose definizioni e si gloria di offrire materia a dispute eterne: ma per lo più essi non sanno che sia veramente ciò di cui parlano. Perciò, se ti capita di interrogare qualcuno di quel branco sulla definizione non solo dell'uomo ma di qualsiasi altra cosa, la risposta è pronta: se vuoi andar oltre, è silenzio. Oppure, se l'abitudine alla chiacchiera l'avesse magari dotato di parlantina e di impudenza, i suoi modi tuttavia ti mostrerebbero che costui non ha alcuna vera conoscenza di ciò che ha definito. Contro una simile genia di uomini così fastidiosamente superficiali e inutilmente petulanti è giusto gridare: « Perché, miseri! continuate ad affaticarvi invano e consumate la vostra intelligenza in dispute oziose? Perché vi dimenticate delle cose e invecchiate tra le parole? Perché, con i capelli bianchi e la fronte rugosa, vi dedicate a sciocchezze da bambini? Magari la vostra pazzia facesse male solo a voi stessi, e non avesse invece più volte corrotto animi nobilissimi di giovanetti! ».

F. Sono d'accordo che non si può dire niente di troppo duro contro questi assurdi studi: ma tu, intanto, trascinato dalla tua eloquenza, hai lasciato a mezzo quello che avevi cominciato, circa la definizione dell'uomo.

A. Pensavo d'averne detto abbastanza, ma continuerò in modo ancora più chiaro. Non esiste pastore così incolto che non sappia che l'uomo è un animale, anzi il primo di tutti gli animali; e nessuno, se glielo si chiede, negherà che sia un animale razionale e mortale.

F. È una definizione che tutti sanno.

A. Pochissimi, invece.

F. Come?

A. Se troverai qualcuno così forte della propria razionalità da conformare ad essa la sua vita, da sottomettere solo ad essa i propri desideri, da imbrigliare con il suo freno i moti dell'animo, da capire che solo per essa si può distinguere dalla bestialità dei bruti e che merita il nome stesso di uomo solo perché vive secondo ragione, e che sia a tal punto consapevole della sua natura di mortale da porsela ogni giorno davanti agli occhi e da regolarsi in base ad essa, e che disprezzi le cose effimere e

despiciens ad illam vitam suspiret,<sup>86</sup> ubi, ratione superauctus,<sup>87</sup> desinet esse mortalis; hunc tandem veram de diffinitione hominis atque utilem scientiam [54] habere dicito. Huius ultimi, quoniam de eo nobis sermo erat, dicebam paucos cognitionem aut meditationem idoneam sortitos.

F. Ego me hactenus ex paucis rebar.

A. Et ego quidem non ambigo tibi tam multa per omnem vitam experientia magistra, tam multa ex librorum lectione repetenti, crebras cogitationes mortis occurrere, sed que nec satis alte descendant nec satis tenaciter hereant.<sup>88</sup>

F. Quid vocas « alte descendere »? Etsi enim intelligere michi videar, cupio tamen ex te clarius audire.

A. Dicam (quamvis iam vulgo persuasum sit atque etiam e medio philosophorum grege clarissimi testes accesserint) mortem inter tremenda principatum possidere,<sup>89</sup> usque adeo ut iampridem nomen ipsum mortis auditu tetrum atque asperum videatur. Non tamen vel sillaba hec summis auribus<sup>90</sup> excepta vel rei ipsius recordatio compendiosa sufficiet; immorari diutius oportet atque acerrima meditatione singula morientium membra percurrere;<sup>91</sup> et extremis quidem iam argentibus media torreret et importuno sudore diffluere, ilia pulsari, vitalem spiritum mortis vicinitate lentescere. Ad hec defossos natantesque oculos, obtutum lacrimosum, contractam frontem liventemque, labantes genas, luridos dentes, rigentes atque acutas nares, spumantia labia, torpentem squamosamque linguam,<sup>92</sup> aridum palatum, fatigatum caput, hanelum pectus, raucum murmur et mesta suspiria, odorem totius corporis molestum, precipueque alienati vultus horrorem. Que omnia facilius ac velut in promptu et ad manum collocata succurrent, si cui familiariter obversari ceperit memorandum aliquod conspecte mortis exemplum; tenacior enim esse solet visorum quam auditorum recordatio.<sup>93</sup> Quam ob causam non sine alto consilio in quibusdam devotis religionibus atque sanctissimis, usque etiam ad hanc etatem, que bonis moribus inimica est,<sup>94</sup> illa consuetudo perdurat quod ad cernendum corpora defunctorum, dum lavantur preparanturque sepulture, eiusdem rigidi propositi professores intersint,<sup>95</sup> ut scilicet triste miserandumque spectaculum oculis [56] subiectum et memoriam semper

tenda a quella vita nella quale la sua parte razionale rompa i propri limiti ed egli cessi, dunque, d'essere mortale: costui, infine, potrai dire che possiede la consapevolezza utile e vera della definizione dell'uomo. Di quest'ultimo concetto — di questo stavamo discutendo — dicevo che pochi avevano raggiunto una coscienza e una meditazione adeguata.

F. Sin qui mi consideravo uno di questi pochi.

A. Sono sicuro anch'io che ti siano venuti frequenti pensieri intorno alla morte, ogni volta che ripercorrevi sulla scorta della tua esperienza le tante cose d'una vita intera, e le tante tratte dalla lettura dei libri: ma erano di quei pensieri che non vanno abbastanza a fondo e non si radicano con sufficiente tenacia.

F. Che intendi per 'andare a fondo'? Anche se mi pare di capirlo, vorrei sentirlo da te, con maggiore chiarezza.

A. Anche se tutti ne sono già persuasi, e illustri testimonianze entro la schiera dei filosofi lo confermino, ripeto che la morte è di ogni cosa tremenda la peggiore, sicché da sempre la parola stessa *morte* suona angosciosa e crudele. Tuttavia non basta né che l'orecchio colga distrattamente quelle sillabe, né la sommaria nozione di quello che esse significano. Occorre fermarsi a lungo e passare in rassegna ad una ad una, con intensa concentrazione, le parti del corpo di chi sta per morire: mentre le estremità si raffreddano il petto brucia e manda fuori un penoso sudore, i fianchi pulsano e lo spirito vitale s'indebolisce per l'avvicinarsi della morte. E gli occhi sono infossati e smarriti, lo sguardo lacrimoso, la fronte livida e contratta, le guance cascanti, i denti guasti, le narici secche e affilate, la schiuma alle labbra, la lingua torpida e ruvida, il palato arido, la testa pesante, e il petto ansima, il respiro è rantolante e lamentoso, l'odore del corpo è rivoltante ed è soprattutto orrenda, infine, l'espressione del volto privo di coscienza. Tutte queste immagini si ripresenteranno più facilmente e saranno per così dire pronte, a portata di mano, se si comincerà ad avere normalmente davanti agli occhi qualche memorabile caso di morte alla quale si abbia assistito: è più tenace il ricordo delle cose viste che di quelle sentite. Per tutto questo, è con profonda saggezza che in alcuni devoti e santissimi ordini religiosi dura ancora oggi, in un'età nemica dei buoni costumi, l'abitudine di far assistere coloro che professano quei rigidi voti alla lavanda dei corpi dei defunti e alla loro preparazione per la sepoltura: questo, affinché lo spettacolo triste e miserevole posto sotto i loro occhi sia sempre vivo nella memoria e atterrisca l'animo

unus esset amborum finis, non intelligo cur non felicius dici possit qui nunc gaudet doliturus in posterum, quam qui nec sentit in presens gaudium, nec expectat. Nisi te moveat forte quod in finem risus sit luctus acerbior.<sup>115</sup>

A. Illud magis quoniam, freno rationis<sup>116</sup> abiecto, quod quidem prorsus in illa suprema voluptate deseritur, gravior casus<sup>117</sup> est, quam, eodem vel tenuiter retento, ex pari precipitio corruentis. Ante omnia tamen a te illud dictum prius attendo, quod de alterius sperandum de alterius conversione desperandum sit.

F. Istud quidem sic esse considero. Sed tu interim nunquid non prime questionis oblitus es?

A. Cuius?

F. « Quid est quod me retinet? »<sup>118</sup> hoc enim quesieram: cur michi uni cogitatio mortis intensa non profuit, quam miris modis fructuosam dicis?

A. Primum quippe quia de longinquo forsitan illa consideras que, tum propter brevissime vite cursum tum propter incertos et varios casus, longinqua esse non possunt.<sup>119</sup> Omnes enim ferme « in hoc fallimur » ut ait Cicero « quod mortem prospicimus »: quem textum correctores quidam, an verius corruptores, mutare voluerunt negationem verbo preponentes, et « mortem non prospicimus » dicendum esse firmantes. Ceterum qui mortem omnino non aspiciat sani capitis nullus invenitur; re autem vera « prospicere » « procul aspiciere » est.<sup>120</sup> Quod unum super cogitanda morte multos illudit, dum illam vivendi metam sibi quisque proposuit, ad quam etsi perveniri possit per naturam, tamen paucissimi pervenerunt. Fere enim nullus moritur, cui non conveniat poeticum illud:

*canitiemque sibi et longos promiserat annos.*<sup>121</sup>

Hoc nocere tibi potuit; nam et etas et complexionis vigor et vite modestioris observantia hanc tibi spem fortasse prebuerunt.<sup>122</sup>

F. Noli, queso, de me talia suspicari. Avertat Deus hanc insaniam:

*me ne huic confidere monstro,*

[62] quod apud Virgilium famosissimus ille magister maris ait.<sup>123</sup> Et ego, in mari magno sevoque ac turbido iactatus,

piacere l'avrà lasciato. Che se la sorte d'entrambi fosse la stessa, non capisco perché non si possa dire più felice quello che ora se la gode e soffrirà in futuro, rispetto a quello che non gode d'alcuna gioia adesso, né se l'aspetta poi. A meno che non ti spinga a dir così il fatto che è assai peggio piangere quando si è finito di ridere.

A. Piuttosto questo, che se si elimina il freno della ragione — che certo lo si lascia completamente andare, in quell'estrema ricerca del piacere — si ha una caduta ben peggiore di quella di chi precipita da pari altezza, ma quel freno, anche leggermente, l'abbia invece tenuto. Ma io do soprattutto importanza a quello che hai detto prima, che dell'uno si può sperare la conversione, e dell'altro no.

F. Credo anch'io che sia così. Ma tu, intanto, non ti sei forse dimenticato della mia prima domanda?

A. Quale?

F. Cos'è che mi trattiene? Questo ti avevo chiesto: perché a me solo non è stata d'aiuto l'intensa meditazione della morte che, a sentir te, sarebbe meravigliosamente feconda?

A. Prima di tutto, forse perché tu consideri come lontano ciò che, sia per la brevissima durata della vita, sia per l'incertezza e la varietà dei suoi accidenti, lontano essere non può. Quasi tutti, infatti, « in questo sbagliamo », come dice Cicerone, « che vediamo la morte lontana ». Il quale testo alcuni correttori — ma più esattamente corruttori — vollero mutare, mettendo la negazione avanti al verbo, e stabilendo che occorresse dire: « non vediamo davanti a noi la morte ». A parte che non c'è alcuno sano di mente che ignori del tutto la morte, in verità *prospicere* significa « vedere di lontano ». E proprio questa cosa ha ingannato molti nelle loro meditazioni sulla morte, perché si sono attribuiti per conto loro un tale limite alla vita quale pochissimi hanno davvero raggiunto, anche se le leggi di natura potrebbero consentirlo. Non muore quasi nessuno al quale non s'adatti quel verso: « Si era ripromesso la canizie e lunghi anni ». Questo ha potuto nuocerti: l'età e la complessione vigorosa e l'osservanza di un regime di vita piuttosto morigerato ti hanno forse dato una tale speranza.

F. Per quello che mi riguarda, ti prego di non immaginarti niente di simile. Mi salvi Iddio dalla follia « di fidarmi di un tale mostro », come in Virgilio dice quel famosissimo nocchiero. Anch'io, sbattuto in un gran mare furiosamente agitato,

tremulam cimbam fatiscentemque et rimosam<sup>124</sup> ventis oblu-  
tantibus per tumidos fluctus<sup>125</sup> ago. Hanc diu durare non posse  
certe scio nullamque spem salutis superesse michi video, nisi  
miseratus Omnipotens prebeat ut gubernaculum summa vi  
flectens antequam peream litus apprehendam, qui in pelago  
vixerim moriturus in portu.<sup>126</sup> Huic opinioni debeo quod  
opum magneque potentie desiderio, quo multos non modo  
coetaneos meos sed longevos homines et comunem vivendi  
modum supergressos exestuare videmus, nunquam arsisse me  
recolo. Quis enim furor est omnem etatem in laboribus et in  
paupertate transducere, ut inter tot curis coacervandas divitias  
statim moriar?<sup>127</sup> Sic itaque de his formidolosis rebus cogito  
non ut longe distantibus, sed mox affuturis, iamiamque pre-  
sentibus.<sup>128</sup> Necdum de memoria mea excessit versiculus qui-  
dam quem adhuc admodum iuvenis scripsi, inter multa que ad  
amicum scripseram hoc in fine subiungens:

*loquimur dum talia, fors an  
innumeris properata viis, in limine mors est.*<sup>129</sup>

Quod si tunc dicere potui, quid modo dicam et experimento  
rerum et etate provecior? Quicquid video, quicquid audio,  
quicquid sentio, quicquid cogito ad hoc unum refero.<sup>130</sup> Quod,  
si in hac cogitatione non fallor, ad hec questio illa superest:  
« quid ergo me retinet? »<sup>131</sup>

A. Humiles Deo gratias age, qui te tam salubribus habenis  
frenare stimulisque tam pungentibus sollicitare dignatur.<sup>132</sup> Vix  
enim possibile fuerit ut, quem cogitatio mortis habet tam  
quotidiana, tam presens, hunc mors eterna contingat.<sup>133</sup> Sed  
quoniam deesse tibi aliquid sentis, nec immerito, quid illud sit  
aperire tentabo, ut eo si Deus faverit amoto, in cogitationes  
tuas totus assurgens, quo adhuc premeris, vetustum servitutis  
iugum<sup>134</sup> possis excutere.

F. Utinam id tibi contingat efficere, et ego tanti muneris  
capax<sup>135</sup> inveniar.

A. Invenire si voles, neque enim res impossibilis est; sed in  
actibus humanis duo versantur, quorum si desit alterum, pre-  
pediri [64] constet effectum.<sup>136</sup> Voluntas igitur presto sit, ea-  
que tam vehemens ut merito desiderii vocabulum sortiatur.<sup>137</sup>

F. Ita fiet.

A. Scis quid cogitationi tue officiat?

con i venti che mi vengono contro, governo tra onde ribollenti  
la mia navicella tremula e fragile e piena di falle. So bene che  
non può resistere a lungo e che non mi resta alcuna speranza di  
salvezza, se l'Onnipotente impietosito non mi concede di driz-  
zare il timone con uno sforzo supremo e di toccare terra prima  
di perire, si che io possa morire in porto dopo aver vissuto in  
alto mare. A questa convinzione devo, per quanto ricordo, di  
non essermi mai lasciato infiammare dal desiderio di ricchezza  
o di gran potere che fa invece ardere molti, non solo coetanei  
miei ma pure vecchi e addirittura vecchissimi che hanno oltre-  
passato la normale durata della vita. Quale follia è mai quella  
di trascorrere tutta la vita tra le fatiche e la povertà, per morire  
ad un tratto in mezzo a ricchezze che devono essere accumula-  
te con tanto affanno? Perciò, penso a cose così paurose non  
come se fossero molto lontane, ma imminenti e persino già  
presenti. Non mi è ancora uscito di memoria un versetto che  
ho composto quando ero giovane, aggiungendo in fondo a  
molte altre cose che avevo scritto a un amico: « mentre parlia-  
mo così, la morte s'è affrettata per innumerevoli vie ed è forse  
già qui, sulla soglia ». Se ho potuto dirlo allora, che dirò adesso  
che ho accumulato esperienza ed età? Tutto quello che vedo,  
tutto quello che ascolto, tutto quello che sento, tutto quello  
che penso lo riduco in quel solo punto. Perciò, se i miei  
pensieri non mi ingannano, resta, di là da tutto, ancora quella  
domanda: cosa mi trattiene?

A. Ringrazia umilmente Iddio che si degna di tenerti a freno  
con redini tanto salutari e di stimolarti con sproni tanto pun-  
genti. È quasi impossibile che chi ha una così quotidiana e  
pressante dimestichezza con il pensiero della morte sia poi  
destinato alla morte eterna. Ma poiché senti, a ragione, che c'è  
ancora qualcosa che ti ostacola, cercherò di chiarire di che si  
tratti, si che, dopo averlo rimosso con l'aiuto di Dio, tu possa  
essere all'altezza dei tuoi pensieri e sottrarti al vecchio giogo  
della schiavitù dal quale sei ancora oppresso.

F. Volesse il cielo che tu ci riesca, ed io mi scoprirei degno di  
una così grande responsabilità!

A. Lo sarai se vorrai: non è impossibile. Ma nelle azioni  
umane si intrecciano due elementi, e se ne manca uno dei due  
ogni risultato ne riesce compromesso. La volontà sia dunque  
vigile e tanto veemente da meritare di chiamarsi desiderio.

F. Sarà così.

A. Sai cos'è che ostacola la tua meditazione?

ignotum famose cuiuspiam urbis limen ingreditur, nova captus locorum dulcedine passimque subsistens, obvia queque circumspicit.<sup>145</sup>

A. Atqui licet aliter sonantibus verbis secundum catholice veritatis preceptorem decuit,<sup>146</sup> reperies libri illius magna ex parte philosophicam precipueque platoniam ac socraticam<sup>147</sup> fuisse doctrinam. Et nequid tibi subtraham, scito me, ut opus illud inciperem, unum maxime Ciceronis tui verbum induxisse. Affuit Deus incepto, ut ex paucis seminibus messis opima consurgeret.<sup>148</sup> Sed ad propositum revertamur.

F. Ut libet, pater optime. Ante tamen unum oro: ne michi abscondas verbum illud, quod tam preclaro operi, ut ais, prebuit materiam.

A. Cicero siquidem in quodam loco, iam tunc errores temporum perosus, sic ait: « Nichil animo videre poterant, ad oculos omnia referabant; magni autem est ingenii revocare mentem a sensibus et cogitationem a consuetudine abducere ».<sup>149</sup> Hec ille. Ego autem hoc velut fundamentum nactus, desuper id quod tibi placuisse dicis opus extruxi.

F. Teneo locum: in *Tusculano* est; te autem hoc Ciceronis dicto et illic et alibi in operibus tuis delectari solitum animadverti; nec immerito; est enim ex eorum genere, quibus cum veritate permixtus lepos ac maiestas inest.<sup>150</sup> Tu vero iantandem, ut videtur, ad propositum redi.

A. Hec tibi pestis nocuit; hec te, nisi provideas, perditum ire festinat. Siquidem fantasmatis suis obrutus, multisque et variis ac secum sine pace pugnantibus curis animus fragilis oppressus,<sup>151</sup> cui primum occurrat, quam nutriat, quam perimat, quam repellat, examinare non potest; vigorque eius omnis ac tempus, [68] parca quod tribuit manus,<sup>152</sup> ad tam multa non sufficit. Quod igitur evenire solet in angusto multa serentibus, ut impediunt se sata concursu,<sup>153</sup> idem tibi contingit, ut in animo nimis occupato nil utile radices agat, nichilque fructiferum coalescat; tuque inops consilii modo huc modo illuc mira fluctuatione volvaris, nusquam integer, nusquam totus.<sup>154</sup> Hinc

patria per desiderio di conoscere, e quando passa le porte mai viste di una qualche famosa città, catturato dal fascino nuovo dei luoghi, guarda con attenzione ciò che gli si para davanti, femandosi continuamente sui suoi passi.

A. Eppure, anche se con parole di tono diverso, come conveniva a chi si faceva maestro della verità cattolica, troverai che la dottrina di quel libro è in gran parte di tipo filosofico, e specialmente platonica e socratica. E per non nasconderti niente, sappi che fu una sola parola del tuo Cicerone che soprattutto mi spinse a cominciare quell'opera. Dio aiutò il mio tentativo, sí che da pochi semi nacque una ricca messe. Ma torniamo al proposito.

F. Come vuoi, padre carissimo. Ma ti chiedo, prima, una sola cosa: non mi tenere nascosta quella parola che — come dicevi — ti ha dato lo spunto per un'opera cosí splendida.

A. Ebbene, Cicerone, che già allora detestava gli errori del suo tempo, dice a un certo punto: « Non riuscivano a vedere nulla con l'animo e ogni cosa la riferivano agli occhi: quando invece è nel carattere di un alto ingegno ritrarre la mente dai sensi e staccare il pensiero dalla pratica comune ». Cosí Cicerone. E io ho preso le sue parole come il fondamento sul quale erigere l'opera che t'è piaciuta, a quanto dici.

F. Conosco quel passo, è nelle *Tusculanae*: e mi sono anche accorto che nelle tue opere, in questa e altrove, sei tornato spesso con piacere a quel detto di Cicerone. Giustamente, del resto, perché è di quelli che sanno unire la verità del contenuto con il garbo e la nobiltà dell'espressione. Ma torna, se credi, al tuo proposito.

A. È quella peste dei fantasmi che ti ha fatto male: è quella <sup>la peste dei fantasmi</sup> che si accanisce a rovinarti, se non ci metti rimedio. Il tuo animo fragile, infatti, invaso dalle sue ossessive visioni e travagliato da turbamenti di vario genere che tra loro combattono senza sosta, non riesce piú a determinare a quale deve badare per primo, quale coltivare, quale spegnere, quale scacciare, e tutta la sua energia e tutto il tempo che una mano avara gli concede non bastano a tanto. A te capita la stessa cosa che di solito succede a quelli che seminano troppo fittamente in poco spazio: che le pianticelle si danneggiano una con l'altra, tanto sono strette. Cosí, nel tuo animo troppo occupato non mette radici niente di utile, non attecchisce niente di fruttifero. E tu, privo di ogni discernimento, oscillando in modo abnorme, sei trascinato di qua e di là, mai pienamente in nessun luogo, mai

est ut quotiens ad hanc cogitationem mortis aliasque, per quas iri possit ad vitam, generosus, si sinatur, animus accessit, inque altum naturali descendit acumine,<sup>155</sup> stare ibi non valens, turba curarum variarum pellente, resiliat. Ex quo fit ut tam salutare propositum nimia mobilitate fatiscat, oriturque illa intestina discordia de qua multa iam diximus,<sup>156</sup> illaque anime sibi irascentis anxietas, dum horret sordes suas ipsa nec diluit, vias tortuosas agnoscit nec deserit, impendensque periculum metu it nec declinat.<sup>157</sup>

F. Heu mi misero! Nunc profunde manum in vulnus adesti. Iste dolor meus inhabitat, istinc mortem metuo.

A. Bene habet! torpor<sup>158</sup> abscessit. Sed quoniam iam satis hodiernum colloquium absque intermissione protulimus, reliquis, si placet, in diem proximum dilatis, nunc aliquantisper in silentio respiremus.

F. Peroportuna duo quidem languori meo: quies et silentium.

*Explicit liber primus.*

tutto intero. Per questo, ogni volta che il tuo animo generoso riesce ad arrivare alla meditazione della morte e a tutte quelle riflessioni che possono portare alla vera vita, e con la sua naturale acutezza riesce a toccare il fondo, allora, non essendo capace di restarci, respinto com'è dal coacervo dei suoi contraddittori turbamenti, torna indietro. Onde avviene che quel proposito così salutare avvizzisce per eccesso di volubilità, e ne nasce quell'intimo dissidio del quale abbiamo già tanto parlato, e quel rovello dell'anima scontenta di sé, che ha orrore delle sue macchie e non le lava; conosce la tortuosità della strada e non l'abbandona; teme il pericolo imminente e non lo scansa.

F. Ah me infelice! Ora hai cacciato la mano ben dentro <sup>intestina</sup> la piaga. È lì il mio tormento, e di lì temo la morte.

A. Bene! È sparito il tuo torpore! Ma oggi abbiamo parlato abbastanza, e senza soste. Se sei d'accordo, rimandiamo a domani il resto, e adesso riposiamoci un po' in silenzio.

F. Quiete e silenzio: per la mia stanchezza, sono le due cose migliori.

*Finisce il primo libro.*